



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi  
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &  
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ  
propriarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Tertium

**González Téllez, Emanuel**

**Francofurti Ad Moenum, 1690**

Capvt VIII. (a) Idem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74526](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74526)



Henziquez lib. 10. de Ordin. cap. 10. §. 7. dum ut Doctorem privatum, non verò ut Ecclesie docet Innocentium in presenti locutum fuisse Præfulem.

## CAPVT VII.

Idem Episcopo (a) Pictaviensi.

Iohannes nobis conquerendo monstravit, quod tu eum, quamquam jamdudum uxorem legitimam duxerit, pro eo quod prius in (b) acolythū fuerat ordinatus, compellere niteris, ut tonsuram deferat clericalem, ex qua inter ipsum & uxorem suam posset scandalum generari, cum de consuetudine terræ tuæ clerici uxorati non cogantur in vici portare tonsuram. Quoniam igitur idem etiam tonsuratus non potest privilegio clericali gaudere, mandamus, quatenus ipsum super tonsuratione huiusmodi non molestes, dummodo nullum percipiat (c) beneficium ecclesiasticum, cujus ratione teneatur clericalem deferre tonsuram: quia cum oporteat sæcularibus (d) negotiis immisceri, tonsura ipsius sæcularia exercentis videretur profectò in ministerii nostri vituperium redundare.

## NOTÆ.

(a) Pictaviensi.] Ioanni de Melduno videlicet, Rejus Ecclesie Præfult temporibus Innocentii III. De Ecclesia Pictaviensi nonnulla notavi in cap. super 20. de rescriptis.

(b) Acolythum.] Cujus officium duplex est, unum deferre cereos accensos in sacrificio Missæ, ac proinde accendere luminaria, juxta adducta in cap. unic. de offic. sacristæ: alterum est ministrare vinum, & aquam in urceolis, cap. perlectus, 1. vers. Adaco ythum, 25. dist. Licet enim acolythus non sit ex ministris majoribus, tamen facta vasa, ut ad altare deferat, tangere potest, cap. non liceat 32. 23. dist. cap. clericos, 1. vers. Acolythi, 21. dist. quæ officia acolythi satis demonstrantur duplici materia, quæ illi traditur tempore suæ ordinationis, videlicet, certoferrarium cum cereo, & urceoli vacui, cap. acolythus, 16. 23. dist. Prosequuntur acolythi etymon & munita, ultra repetentes in dicto cap. perlectus, & scribentes de sacramento Ordinis, Claudius Espencens ad D. Paulum lib. 1. digress. cap. 8. Vitecomes volum. 3. de ritibus Missæ, lib. 1. cap. 25. Menardus ad sacram. Divi Gregorii, fol. 271. Lerdan advers. cap. 94. Mendoza lib. 3. Concil. Illiber. cap. 6.

(c) Beneficium.] Quod retinere poterat ex dispensatione Pontificis, ut post Glossam hinc docet Petrus Gregor. de benefic. cap. 25.

(d) Sæcularibus negotiis.] Non rectè ex his verbis Abbas in præfenti, num. 6. Galganet. de in publico lib. 3. tit. 5. deduxerunt, clericis conjugatis etiam cum tonsura, & habitu incedentibus licitum esse negotiis sæcularibus implicari. Nam contrarium verius est, & probat latè D. Iosephus Vela 2. tom. dissert. 45. ex num. 13. in præfenti enim tantum Innocentius III. supponit quod plerumque accidere solet huiusmodi clericis conjugatis, videlicet eos ptophanis negotiis, ac negotiationibus immisceri ob conjugalis status necessitatem, & ad sublevanda onera matrimonii, ut accidisse in Paduana diocesi refertur in cap. 3. hoc tit. in 5. compit. illis verbis: Dilectus filius Magister E. Canonicus Ecclesie de Triliv. exposuit coram nobis, quod cum Witanus quondam ipsius Ecclesie clericus Paduana diocesis, ordine clericali, & eadem Ecclesia delectus, sibi quandam mulierem matrimonialiter copularit, & diutius incedendo in habitu sæculari, exercuit officia civitatis: nunc idem V. gestions ad Ecclesiam redire prædictam, non habitata de prædictis aliqua mentione, quasdam à nobis ad te litteras reportavit, quarum auctoritate in eadem Ecclesia ingressum nuuor rehabere. Quum igitur mendax precator carere debeat impetratis, mandamus quatenus si præmissis veritas suffragatur, revocato, si forsitan auctoritate litterarum huiusmodi contra eandem Ecclesiam processisset, de cætero non procedas.

## CAPVT VIII.

(a) Idem.

Cum decorem. Et infra: Eos qui sunt publicè uxorati, non admittatis de cætero ad ecclesiasticas dignitates dimissas ab eis, quas non possunt sine pravo exemplo, & gravi scandalo retinere.

## NOTÆ.

(a) Idem.] Ita etiam legitur in tertia collectio-

ne, sub titulo de vit. & honest. cleric. cap. 4. & jam epigraphen hanc exposui in cap. cum decorem, ejusdem tituli.

CAPUT